


BLICAE PROCERES GRAVISSIMI, COMMILITONES GENERO-  
 SSISSIMI ATQVE HVMANISSIMI, praesentia Vestra ornare ac  
 splendidiorem reddere velitis, qua par est reverentia atque obser-  
 vantia oro rogoque.

P. P. in Vniuersitate Litterarum Lipsiensi Dominica III. Ad-  
 ventus A. P. R. S. MDCCCXXXIII.



9a  
 PROCANCELLARIUS

**D. CAROLUS FRIDERICUS GUENTHER**

COLLEGI ICTORUM ORDINARIUS

V I R O

PRAENOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

**EDUARDO GAUDLITZ**

LIPSIENSI

JURIS UTRIUSQUE BACCALAUREO

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

D. XXII. MAJI A. MDCCCXXXIV.

TEMPORE ET LOCO CONSUETO CONFERENDOS

INDICIT.

I N E S T

*Ad §. II. legis Saxonicae de incendiariis d. d. XVI. Noubr.*

*a. p. C. MDCCCXXXI. promulgatae.*

COMMENTATIO II.

L I P S I A E

EX OFFICINA HIRSCHFELDIANA.

AB BIBL.  
 UNIVERS.  
 MONAC.

AD §. II. LEGIS SAXONICAE DE INCENDIARIIS DE D. XVI. NOV-  
VEMBRIS A. P. C. MDCCXXXI PROMULGATAE

COMMENTATIO II.

§. 1.

*Adhibentur ea, quae in superiore specimine exposita sunt, ad explanandam  
legem nostram.*

Jam, quid valeant ea, quae in priori specimine exposuimus, ad explican-  
dam paragraphum II. legis Saxonicae d. d. XVI. Novbr. MDCCXXXI, et  
qua ratione sint adhibenda ad istam legem, persequamur. Ac primum quidem  
admonendi sumus, eam legem non esse nisi de ea specie, qua quis ad accen-  
dendas aedes aliasve res, in quibus ex sententia juris Saxonici incendii crimen  
committi potest, materiam aliquam igni concipiendo, et in aedes, frumenti acer-  
vos, caet. transferendo aptam apposuerit eamque accenderit, minime autem illam  
hoc spectare, si quis rem incendio delendam non tali materia supposita, sed per  
ignem directe admotum accendere voluerit (cf. §. 6. spec. I.) — quod quidem  
ipsa legis verba, qualia §. I. spec. I. exhibuimus, manifesto docent. Ait enim legis-  
lator: „Es sei das delictum für vollbracht zu halten und mithin auf die Strafe des  
Feuers zu erkennen, wenn die zum Brennen bequeme Materie angelegt und  
angezündet, obgleich die Gluth nicht ausgebrochen und das Gebäude, Holz,  
Getraide, Heu oder Stroh nicht ergriffen,“ ac porro: „Würde jedoch derje-  
nige oder diejenige, welche zum Brennen geschickte Materie, in der Absicht,  
dadurch eine Feuersbrunst zu verursachen, angelegt, aus Gewissenstrieb selbige,  
bevor sie sich entzündet, wiederum hinwegnehmen . . .“, caet. Sponte tamen  
intelligitur, si quis nulla materia intermedia adhibita, directe aedes aliasve res in-  
cenderit, eum eadem lege teneri, quippe ad hanc alteram speciem, verbis non  
expressam, per translationem adhibenda.



## §. 2.

*Continuatio. Duplex causa materiae, quae ad excitandum incendium usurpatur.*

Materiae autem ipsius, quae incendii excitandi causa in rem flammis delendam injicitur, duplex causa est, vel certe esse potest. Videlicet ea materia vel *inflammabilis* est, (Brennstoff), vel materia *ignea* sive *ardens* (Zündstoff). Sic verbi causa, si quis ramenta ligni delolati in aedes incendii excitandi causa injecerit, ea materia *inflammabilis* est; si carbones candentes addit aut facem ardentem admovet, materiam intelligis adhiberi *igneam*. Fieri tamen potest, ut materia ignea eadem sit, quae materia inflammabilis; v. c. si quis taedas ardentem in stramina in aedificio quodam asservata injiciat; quod quam vim interdum habeat in judicando delicto incendii, utrum consummatum illud sit, an non, postea videbimus. Nunc hoc tantum breviter moneamus, legislatorem talem speciem posuisse videri, ubi materia ignea cum materia inflammabili ita sit conjuncta, ut haec ab illa inflammari possit.

## §. 3.

*Materia inflammabilis nisi claris flammis ardeat, incendii crimen consummatum non haberi ostenditur.*

Incendium autem in ea quidem specie, de qua sola lex disertis verbis statuit, ex mente hujus legis consummatum non est, nisi ipsa materia inflammabilis (der Brennstoff) claris flammis arserit; neque sufficit ad consummationem, ut materia inflammabilis gliscat, neque ut materia ignea (der Zündstoff) flammando ardeat. Quod quidem ex ipsis legis nostrae verbis apparet, idque si ponas, omnia aperta sunt. Ac sane vix ulla alia ratione explicari posse videantur verba finalia: „Würde jedoch der- oder diejenige, welche die zum Brennen geschickte Materie in der Absicht, dadurch eine Feuersbrunst zu verursachen, angelegt, aus Gewissenstrieb selbige, bevor sie sich entzündet, wiederum hinwegnehmen“ caet. Non dixit legislator: bevor er (i. e. incendiarius), sie anzün-

det“, sed: „bevor sie sich entzündet“: certissimo argumento, eam speciem sibi obversatam fuisse, qua materia ignea cum materia inflammabili ita jam fuerit conjuncta, ut haec ab illa inflammari posset. Materiam inflammabilem autem *ardere* debere, ita ut clarae flammae emicent (auflodern), non solum *gliscere* (glimmen), inde perspicuum est, quod si hoc sufficeret, ut aliquid gliscat, secum ipsa pugnaret lex, si delictum consummatum esse negaret, quando incendiarius materiam inflammabilem, antequam a materia ignea incenderetur, rursus a re concremanda removeret ac tolleret. Nam etiam tum adfuit certe ignis, sive ardens, sive gliscens. — Sic etiam cum reliquis optime conspirant verba: „wenn das angelegte Feuer von selbst erloschen.“ Quis enim ignem exstingui dicat, nisi claris flammis arserit? Quae dubium movere possint verba: „Obgleich die Gluth nicht ausgebrochen und das Gebäude, Holz, Getraide, Heu oder Stroh nicht ergriffen“ eorum sententia manifesta haec erit: „Obgleich keine von Aussen sichtbare Flamme entstanden ist.“ Itaque nullam aliam subobscurae legis esse sententiam apparet, quam quae communis de consummatione incendii Ictorum eo tempore, quo promulgaretur, fuit opinio (cf. §. 4. 5. 6. spec. I.). Non autem illam pugnare cum argumente Const. 17. P. IV., jam §. 7. 8. superioris speciminis satis demonstratum esse arbitramur.

## §. 4.

*Quid porro requiratur ad consummationem incendii, disquiritur.*

Deinde vero etiam, ut consummatum dici possit incendium, necesse est, ut materia inflammabilis apposita (angelegt) sit ad rem flammis delendam. At vero tum demum dici poterit: „dass die zum Brennen geschickte Materie angelegt sei,“ quanda ita sit apposita ad aedificium rel. concremandum, ut si ipsa ardeat, illud etiam flammis corripit ex rerum natura oporteat, unde intelligitur, merum conatum incendii excitandi esse, si quis ita injiciat talem materiam v. c. in aedificium aliquod, ut etiamsi accensa sit, tamen tabulationes flammis corripit non possint, v. c. si quis in fornicem lapidibus exstructum eumque vacuum imposuerit.

## §. 5.

*Continuatio.*

Quod attinet ad alteram speciem supra memoratam, qua posuimus, rem incendio delendam non materia inflammabili supposita, sed per ignem directe admotum accensam esse, dubium esse non potest, quin haec res ipsa, vel etiam vasa lignea, frumentum, foenum, aliaque, quae accensa ignem praebent, vice materiae inflammabilis fungantur. Itaque necesse erit, ut flamma ex hac materia emicuerit, si incendii delictum consummatum dicere velis. Nequaquam autem consummatum erit, dum istae res gliscunt. Sic in hac quoque specie materia inflammabilis (der Brennstoff) accurate sejungenda est a materia ignea (dem Zündstoffe). Delinquendi igitur conatus tantum erit, si quis taedam flammis ardentem parietibus ligneis aut tecto aedificii sine effectu admovet, consummatum tum denique erit crimen, si hae ipsae aedificii partes ita igne corripiantur, ut flammam edant.

## §. 6.

*Sententia, lata ab Ordine Ictorum Lips. secundum principia exposita, affertur.*

Ista quidem principia Ordini etiam nostro placuerunt, quum ante aliquod tempus sententia nobis esset ferenda in causa feminae alicujus, quae carbunculum ardentem tecto stramineo ita applicuisset, ut manipulus straminis paululum adureretur, sed glisceret tantum, non flammis arderet. Huic sententiae has quidem rationes addidimus.

Es kommt bei Beurtheilung des gegenwärtigen Falles hauptsächlich auf die Frage an, ob N. N., indem sie eine glühende Kohle in das Strohdach der Scheune ihrer Herrschaft gesteckt hat, wodurch einige Strohhalmen versengt worden sind, das Verbrechen der Brandstiftung *vollbracht* habe oder nicht. Nun ist es zwar in keinem Gesetze ausdrücklich ausgesprochener, aber auch nirgends gemissbilligter, in der Natur der Sache begründeter und seit Jahrhunderten in der deutschen Praxis angenommener Grundsatz, dass das Verbrechen der Brandstiftung nur dann vollbracht sei, wenn etwas wirklich in

Flammen auflodert. So lange der anzubrennende Gegenstand nur noch *glimmt* und keine Flamme von ihm aufgegangen ist, so lange ist die Handlung nur als Versuch zur Brandstiftung zu betrachten.

CARPZOV pract. nov. rer. crim. qu. 38. nr. 39.

BEYER positt. ad art. 125. C. C. C.

BOEHMER ad Carpzov qu. 38. obs. 2.

IDEM meditatt. in C. C. C. ad art. 125. §. 1.

ENGAU elem. jur. crim. §. 427.

QUISTORP Grundsätze des peinl. Rechts §. 196.

MEISTER princ. jur. crim. §. 193.

GROLMANN Grunds. d. Criminalrechtswissenschaft §. 313.

TITTMANN Handbuch der Strafrechtswissenschaft 2. Ausg. §. 525., wobei zu bemerken, dass die von diesem Rechtslehrer a. a. O. not. 20. als Gegner angeführten Schriftsteller nicht *gegen*, sondern *für* jene Meinung stimmen.

FEUERBACH §. 361.

ROSSHIRT §. 130. not. 3.

So Vieles und Wichtiges nun auch das Sächsische Recht durch das *Mandat* vom 16. Nov. 1741.

an den Bestimmungen des gemeinen Rechts in Bezug auf den Thatbestand der Brandstiftung geändert hat, so ist doch nicht nur jener Punkt völlig ungeändert geblieben, sondern es sind sogar positive Gründe vorhanden, aus welchen angenommen werden muss, dass auch der Sächsische Gesetzgeber das Auflodern einer wirklichen Flamme für wesentlich nothwendig zum Begriff des vollbrachten Verbrechens der Brandstiftung habe geachtet wissen wollen. Der Unterschied zwischen den Bestimmungen des Sächs. Rechts und den Ansichten mehrerer (nicht aller) Lehrer des gemeinen Rechts bezieht sich nämlich gar nicht darauf, ob Etwas *gebrannt* oder nur *geglimmt* habe, sondern vielmehr darauf, *was* gebrannt haben müsse, wenn die Brandstiftung als vollbracht gelten soll. Während die gemeinrechtliche Praxis das helle Brennen *des Gegenstandes*, AN DEM *die Brandstiftung verübt werden sollte*, zum Wesen des vollbrachten Feueranlegens erfordert, verordnet das oben angeführte Mandat in der zweiten

Paragraphe (was übrigens schon in Const. 17. P. IV. festgestellt war), dass das Verbrechen schon dann für ganz vollbracht zu halten sei, wenn das Material, MIT DEM die Brandstiftung bewirkt werden sollte, gebrannt habe, gesetzt auch dass der Gegenstand, den der Verbrecher durch Feuer zu zerstören oder zu beschädigen beabsichtigte, nicht wirklich ergriffen worden sei. Die Worte dieser Gesetzstelle lauten nämlich folgendermaassen:

„Es ist dieses Delictum vor ganz vollbracht zu halten“ etc.

Offenbar hat der Gesetzgeber hier einen solchen Fall vor Augen gehabt, wo ein Gebäude, Holzhaufen u. s. w. nicht unmittelbar angezündet, sondern dadurch in Brand gesetzt werden sollen, dass der Verbrecher ein leicht brennbares Material, Stroh, Hobelspäne u. dgl., mit einem angezündeten Stoffe verbunden, an dasselbe bringt (anlegt). Nur unter dieser Voraussetzung giebt es einen hinreichenden Sinn, wenn es gegen das Ende der Paragraphe heisst: Es solle die ordentliche Strafe nicht eintreten (das Verbrechen nicht für gänzlich vollbracht geachtet werden), wenn der Thäter die „zum Brennen geschickte Materie“ hinwegnimmt, — nicht: „ehe er sie anzündet“ — sondern: „ehe sie sich entzündet.“ Hier muss nothwendig angenommen werden, dass etwas an derselben bereits glimmend oder glühend gewesen sei, den ausserdem wäre es in der Regel unmöglich, dass sie sich selbst entzündete. In Folge dieser Bestimmung würde derjenige, der z. B. glühende Kohlen in ein Packet mit Werg in Stroh gewickelt auf einen Heuboden gelegt hätte, nur des Versuchs der Brandstiftung für schuldig zu betrachten sein, wenn er dieses Brandpacket wieder hinwegnahme, bevor dasselbe sich *entzündet*. Nun glimmt es aber schon; mithin kann „sich entzünden“ hier nichts anderes bedeuten, als: „in hellen Flammen auflodern.“ Es kommt also gar nichts darauf an, ob das Werg bereits von den Kohlen versengt worden ist, oder nicht. — Wenn es nun in derselben Gesetzstelle gleich Anfangs heisst: „Es sei das Verbrechen für vollbracht zu halten, sobald nur der Brennstoff angelegt und angezündet, obgleich die *Gluth nicht ausgebrochen*, und das Gebäude etc. nicht ergriffen, sondern das angelegte Feuer von selbst erloschen“ — so können die Worte: „obgleich die *Gluth nicht ausgebrochen*“ nicht bedeuten: „obgleich der Brennstoff nicht in Flammen

gerathen,“ also mit andern Worten: „obgleich der Brennstoff nur geglimmt“ — denn dann käme das Gesetz, gezeigter Maassen, mit sich selbst in Widerspruch — sondern es soll damit nichts weiter gesagt sein, als: „Obgleich keine von Aussen sichtbare Flamme entstanden ist.“ Diess hängt auch sehr wohl zusammen mit den sofort damit verbundenen Worten: „und das Gebäude etc. nicht ergriffen,“ ingleichen mit den weiterfolgenden: „sondern *das Feuer* von selbst erloschen.“ Denn von einem blos glimmenden Gegenstande kann man, wenn er aufhört zu glimmen, nicht füglich sagen, das Feuer sei erloschen, vielmehr setzt diess, nach der gewöhnlichen Art und Weise sich auszudrücken, allemal voraus, dass vorher eine lichte Flamme gebrannt habe. — Diess war denn auch die Meinung der Sächs. Rechtslehrer, welche in der dem Erscheinen des Gesetzes zunächst vorangehenden Zeit lebten.

efr. Wernher Obs. IX. 176.

Berger, Electa jurispr. crim. C. II. membr. III. §. 14. p. 119. u. Supplem. I. Obs. 32. p. 111.

Einen zweiten Fall, ähnlich dem, der hier zur Beurtheilung vorliegt, wo nämlich der Zündstoff unmittelbar an den Gegenstand gebracht wird, an dem die Brandstiftung verübt werden sollte, hat das Gesetz nicht ausdrücklich entschieden, ja denselben gänzlich unerwähnt gelassen. Es ist also kein Grund vorhanden, anzunehmen, dass das gemeine Recht in Beziehung auf diesen Fall durch das Mandat vom 15. Nov. 1741 geändert worden sei, und man kann sich um so weniger zu dieser Annahme bewogen finden, da, wie vorhin nachgewiesen worden ist, in jenem ersten Falle, den das Gesetz wirklich entscheidet, das Aufschlagen der Flamme als characteristisches Merkmal der vollbrachten Brandstiftung betrachtet wird.

Somit liegt also hier nur ein Versuch zur Brandstiftung vor, wiewohl er bereits auf den höchsten Grad gestiegen ist, indem die Inquisitin Alles gethan hat, was ihrerseits zu thun war, um den verbrecherischen Erfolg herbeizuführen. Desshalb war es für angemessen zu achten, einerseits zwar die crkannte Todesstrafe aufzuheben, andererseits aber auch eine mehrjährige Zuchthausstrafe wider sie zu erkennen; caet.

Nunc autem id agamus, quod potissimum huic commentatiunculae scribendae occasionem dedit.

Indicenda nimirum sunt Solennia Inauguralia, quibus

V I R

PRAENOBILISSIMUS ATQUE CONSULTISSIMUS

E D U A R D U S G A U D L I T Z

L I P S I E N S I S

JURIS UTRIUSQUE BACCALAUREUS

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES CONSEQUITURUS EST.

Ne vero quemquam lateat, quis sit Candidatus noster: quae de vita sua ad Nos perscripsit, suis Ipsius verbis Vobis exhibemus.

Natus sum Lipsiae anno hujus seculi septimo, patre J. Ludovico, Doctore juris, et matre C. Johanna e gente Hermannia, quos dilectissimos et optime de me meritos parentes ut numen divinum diutissime salvos et incolumes conservet, quotidie instantissime precor. Primis litterarum elementis dignis a praeceptoribus, me fratremque dilectissimum privatim doctibus, imbutus, frequentavi per aliquod tempus scholam privatam, quae tunc sub HEMPELIO valde de me merito florebat. Postea vero in numerum discipulorum nostrae inclytae scholae Nicolaitanae receptus sum, ubi per sex annos et dimidium praecipue egregiam doctrinam virorum doctissimorum b. FORBIGERI, NOBBI, FROTSCHERI, b. ROSII, KUECHLERI, HEMPELII et OTTONIS expertus sum. Examine maturitatis rite superato anno hujus seculi vicesimo quinto a b. MUELLERO tunc temporis Rectore Magnifico civibus academiae Lipsiensibus adscriptus sum. Ibi quatuor integros annos in addiscenda jurisprudentia consumsi et primum in studiis philosophicis Excell. KRUGIUM et HEINROTHIUM praeceptores habui; encyclopaediam nec non methodologiam juris et antiquitates juris Romani me docuit Ill. OTTO, nunc

Russiae antecessoribus adscriptus, historiam juris Romani, institutiones, jus naturae s. R. ADOLPH. SCHILLINGIUS, Pandectas Idem, et Vir Perillustris ac s. R. GUENTHERUS, institutiones b. MUELLERUS, historiam Imperii Germanici, jus Germanicum, feudale, criminale tam philosophicum quam positivum b. WEISSIUS, jus ecclesiasticum Ill. BRUNO SCHILLINGIUS, jus Saxonicum Generosiss. de FALCKENSTEIN, nunc a consiliis aulae, processus theoriam Excell. PRASSIUS, et artem ex actis referendi et decidendi Ill. EINERTUS, nunc quoque a consiliis aulae. Praeterea interfui scholis examinatoriis virorum optime de me meritorum et doctissimorum BRUN. SCHILLINGII, DORNII, BERGERI et HELDII, nec non audivi Ill. Ernestum GUENTHERUM de regulis juris ad praxin applicandis exponentem. Postquam nonnullas juris controversi theses S. R. KLIENIO praeside defenderam, mense Majo a. MDCCCXXIX. examen pro praxi et candidatura et mense Augusto a. MDCCCXXX. examen rigorosum, quod vocant, feliciter superavi. Antequam vero hoc posterius subirem, contigit mihi, ut praeter accessum in judicio criminali et politiae Ill. WINTERUM, qui nunc est celeberrimus hujus urbis praetor, in arte caussas judiciales tractandi praeceptorem nanciscerer, qui innumerabilibus aliis de me meritis hoc quoque adjecit, ut mihi studiis relatoriis, quae doctissime et elegantissime moderatur, interesse benevolenti animo permetteret. Denique, ut extrajudicialium negotiorum gerendorum, et causarum in foro orandarum exercitationem mihi compararem, ducem mihi sumsi Excell. BRUNNERUM, caussarum patronum celeberrimum, cui quantum per hos quatuor annos, quibus ipsi ad manus fui, debeam, verbis exprimere non possum. Jam vero elaboratis et approbatis speciminibus, quae longinquam viam ad praxin sternunt, Ill. ICTorum Ordinem ea, qua par est, reverentia precatus sum, ut mihi summos in utroque jure honores conferret.

Jam in eo est, ut Vir Consultissimus utroque examine maxima cum laude superato summos in utroque Jure honores cunctorum suffragiis Ipsi decretos adipiscatur. Hincproximo

d. XXI. Maji h. a.

ad interpretandam

L. 28. D. pro socio 17. 2.

recitationem publice habebit, et die insequenti Dissertationem inauguralem

DE

**JURIBUS ET OBLIGATIONIBUS**

SOCIORUM SOCIETATIS PARTICULARIS

IMPRIMIS MERCATORIAE ERGA EXTRANEOS QUAE ORIUNTUR EX CON-  
VENTIONIBUS CUM HIS INITIS DURANTE SOCIETATE

sine praeside defendet, quo facto

VIR ILLUSTRIS EXCELLENTISSIMUS JURIUM CONSULTISSIMUS ATQUE AMPLISSIMUS

**DR. CAROLUS AUGUSTUS BREHM,**

Supremae Curiae Regiae Consiliarius, Collegii Jurisconsultorum Senior,

collega meritissimus atque conjunctissimus, in quem ego Cancellarii munere usus Promotoris partes transtuli, Doctoris in utroque Jure dignitatem, jura, praerogativas et privilegia Praeclarissimo Viro tribuet ac largietur.

Quam solennitatem, ut Vos, **RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, COMITES ILLUSTRISSIMI, UTRIUSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, COMMILITONES GENEROSISSIMI ATQUE HUMANISSIMI,** praesentia Vestra ornare ac splendidiorem reddere velit, qua par est reverentia atque observantia oro rogoque.

P. P. in Universitate Lipsiensi ipso die fest. Pentec.

